

## Aduertencias para

tatio & approbatio perpetua competens Prædicatoribus, & Minoribus ratione prædictæ Clementinæ, & Extrauagantis Inter cunctas aliarum Religionum confessoribus concedat. Noster Emanuel. q. citata art. 6. duo circa hanc difficultatem afferit. Primum, quod cum dicta Clementina respectu aliorum Religiosorum sit priuilegium, & in Concilio Tridentino priuilegia, & consuetudines in contrarium reuocentur [ut præcedenti dubio diximus] nolentibus Episcopis admittere & approbare [etiam sine causa] confessores aliorum Ordinum, non habentur pro presentatis & approbatis, nec habent actualem iurisdictionem ad audiendas confessiones secularium, ad imponendas penitentias salutares, neque ad absoluumdum à peccatis: sicut Fratres Prædicatores & Minores eiusmodi facultates habent eo ipso quo debite presentati Episcopis sine causa respuuntur & non admittuntur. Sed Pater Doctor Henriquez. Tom. 1. lib. 6. & 3. de Penitentia cap. 6. num. 4. expresse docet eiusmodi præsentationem & approbationem perpetuam [si Fratres sine causa non admittantur] omnibus Religiosis esse communem & generalem, quod his verbis docet. Si Episcopis.